



D.F.Y.D.

B. C. D.

Exercitationum

Ad

NOVUM TESTA-  
MENTUM SYRIACUM,

Disputatio Tertia,

Quam

Indultu Amplissimi Senatus Philosophorum

in inclusa LEUCOREA,

Publice συμφιλολογούντων προσδιαλέξῃ  
submitunt

M. JOHANNES ERNESTUS  
GERHARDUS Jenensis,

&

M. DAVID SCHARFIUS  
Hamburgensis.

ad d. IIX. Augusti

in Auditorio Philosophorum

horis antemerid.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI,



Excelsiorum

et

NOVITIA TESTA

MENTIS SYLLABUM

Disputatio Tertia

de

Inclusis A. pluribus et variis Philosophorum

sententiis et locis

liberis et propriis

argumentis

M. JOHANNES ERNESTUS

GERHARDUS JENENSIS

et

M. DAVID SCHEFFELIUS

Hamburgensis

et A. III. Augusti

in Auditorio Philosophorum

habeat

Typis Johannis Rönneri, Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVI





## I. N. J.



Non parum ad Syriacæ N. T. paraphraseos seu versionis commendationem facit laudemque, quòd à magno Philologo juxta ac Theologo, *Dn. D. Salom. Glasio* ad Lydium illum lapidem (etsi loco postremo) refertur, quo in lectione textus N. T. Græci diversâ discerni queat, utra lectio præferenda alteri; quænam sit rejicienda, quænam v. retinenda? Quoniam autem & in hac versione lectionis sese offert varietas, quæstio emergit: quæ lectio hîc recipienda sit, quæ repudianda? (non verò nobis sermo de tali casu, ubi utraq; quod haud rarò contingit, stare potest.) Ad quod *Σημειωσις* responderi posse arbitramur, illam servandam esse lectionem, cui requisita priora, quæ in lectione textus Græci diversâ exhibuit observanda laudatus Vir Summus, adstipulantur; ut nimirum illa probetur lectio, quæ cum Græcâ illa consentit, quam corroborant exemplarium antiquorum ac probatorum fides, Doctorum veterum allegatio & interpretatio, Scripturæ insuper conformitas, cuique fidei analogia non repugnat. Addimus, quæ nec Grammaticæ Syræ reclamant, sed regulis illius proximè accedit. Hæc & nos requisita in Lectionum varietate, quam Codex MS. IV. Evangelistarum Syrus, quo de binis hæctenus Exercitationibus egimus, nobis exhibet, dijudicandâ (ubi sc. utraque lectio commodè locum habere nequit) sumus posthâc observaturi: Qui conatus nostri ut vergant in studiorum nostrorum emolumentum, nominisque sui divini gloriam, faxit altissimus.

POSITIO PRIMA.

Pleonasmus pronominis apud Syros.

Syros frequenter admodum uti Pronomine suffixo  $\sigma\iota$   $\pi\lambda\epsilon\sigma\sigma\tau\iota\kappa\omega\varsigma$ , illis, qui vel unam Grammaticam legerunt, vel paucas in N. T. Syriaco pagellas percurrere, notissimum est. Statim in limine Matthæi, præter loca à CLL. Viris *Dien* & *Dilberro* collecta, exhibetur nobis egregium dicti pleonasmii exemplum: ter enim in primo primi Capituli commate redundat in nostro Codice, consentientibus reliquis Codd. pronomine  $\sigma\iota$ . Factum hinc arbitror, ut Codex noster aliquando suffixum hoc adhibeat, ubi reliqui Codd. non agnoscunt, uti in allegati Evangelistæ C. XII, 4. ubi pro  $\text{בבב}$  noster habet  $\text{בבב}\sigma$ . Sic C. XIII, 43. & Lucæ VII, 28. pro  $\text{במלכותא}$  in nostro legitur  $\text{במלכותא}\sigma$  Luc. I, 68. pro  $\text{אלהא}$  noster legit  $\text{אלהא}\sigma$  Joh. III, 5.  $\text{למלכותא}$  pro  $\text{למלכותא}\sigma$  C. II, 34.  $\text{עבתא}$  pro  $\text{עבתא}\sigma$ . Similiter idem omittat, cum in cæteris Codd. legatur, ut Luc. XII, 7.  $\text{ל}$  pro  $\text{ל}\sigma$  C. XXII, 11.  $\text{למר}$  pro  $\text{למר}\sigma$  Joh. IV, 39. it: C. X, 35.  $\text{מלת}$  pro  $\text{מלת}\sigma$ . Inseparabile quoque suffixum  $\sigma$  aliquando abundare, notavit *Dieu*. Non igitur mirum, si noster Codex idem aliquando interat, ubi reliqui Codd. non agnoscunt, & econtra omittat, ubi idem in cæteris legitur: quemadmodum suo loco ostendetur.

POSITIO SECUNDA.

*Kametz* Ebraum Syri per *Dsekopbo* exprimunt. dissensus à *Drusio*. *Mattan* unde derivetur, an rectè noster *pathach* Ebr. per *dsekopbo* reddat.

Rectè notat Ebraicarum litterarum decus æternum *Job. Drusius*, Comment. poster. ad voces N. T. *Bonerges* Syriæ quandam dialectum dicere pro *Banerges*, cum *a* in *o* facile migret. Confir-



Confirmat hanc *Drusii* hypothesin noster Codex, qui nomina  
 propria Ebræa אַבְרָהָם, אֶרֶם, עֲמִנָדָב (calculū hīc nostrum  
 adjicere nō possumus laudato Philologo, *Mim* kuschoi oneran-  
 ti) יִצְחָק sub finem expressè per *dsekopho* punctat: nec dissen-  
 tit ex editis Codd. hīc ullus. Cur verò noster Ebræorum *pathach*  
 sequēte *Daghesch* (ita n. nomen *Matthan*. II. Reg. XI, 18. legitur)  
 in proprio nomine *Matthan* v. 15. C. I. *Matth.* per *dsekopho* refe-  
 rat, dubium alicui videri possit, maximè cūm idem alia nomina  
 Ebræa, quæ similiter apud Ebr. per *pathach*, sequente *daghesch*  
 forti scribuntur, non per *dsekopho*, sed per *ptochō* efferat, uti ex  
 nomine מִתְיָחָה aliisq; liquet. Probabile nobis omninò est,  
 nostrum non pro derivato אֶתָּח, sed ex aliā quadam radice no-  
 men hoc habuisse, quā de causā nec *Kuschoi* litteræ  $\zeta$  post  $\omega$   
 imposuit, quod tamen dubio procul fecisset, si ex defectivā ra-  
 dice, ex iuā sententiā ortum traheret. Vid. *Lud. de Dieu* Gr.  
*Harm* p. 31. n. 4. ubi tamen hæremus, utrum ei ad sensum præ-  
 bere debeamus, quando ad exempla illa, in quibus littera ex-  
 clusa per *Kuschoi* apud Syros indicatur, refert quoque vocem  
 מִתְיָחָה i. e. *vitis*, inque eadem *Tau Kuschoi* adficit, ad indican-  
 dum sc. defectum tertie radicalis *Nun*. an potius in *Crines*  
 eundem sententiam, statuentis  $\Delta$  in  $\Delta$  hīc versum esse (sunt  
 enim hæ litteræ *εὐμετάβολοι*.) Certè noster Codex, qui aliās sat  
 diligens in *Kuschoi* impressione, ubi litteræ defectus eodem in-  
 dicatur, idem in hac voce supra *Tau* negligit *Matth.* XXVI, 29.  
*Marc.* XIV, 25. (v. 18. C. XXII. *Lucæ*, ubi etiā dictio hæc occur-  
 rit, in Cod. nostro desideratur) *Joh.* XV, v. 1. 4 & 5. Sed in viam!  
 Idem cum nostro codice sensisse h. e. pro nomine non ex אֶתָּח  
 orto, habuisse videntur, qui Græcè per *Μαθθα* scripsere, quam  
 tamen scriptionem improbat *Drusus* comment. prior. ad voces  
*N. T.* p. 111. Aliàs simile nomen *Luc.* III, 31. tum in nostro  
 tum cæteris Codd. Syris ita legitur punctatum. Recipi igitur  
 posset Codicis nostri punctatio nominis אֶתָּח, si in fine sal-  
 tem pro *ptochō* adhibitum fuisset *dsekopho*.

A 3

POSI-



POSITIO TERTIA.

De descriptione nominis *Pharetz*.

Quid Scriptorem nostri Codicis permoverit, ut nomen  
פֶּרֶץ v. 3. C. I. Matth. in primâ Syllabâ per vocalem secundam seu *revozo* punctaret, cum in editis aliâs per *ptochō* legatur, ambigi potest. Ebraicè sanè extra pausam פֶּרֶץ invenitur, non פֶּרֶץ. Num igitur Ebræos potius Codd. quàm Græcos noster in nominis hujus scriptione voluit sequi? ita quidem credi posset, nisi ipse quoq; Luc. III, 33. primam nominis hujus Syllabam *ptochō* insignivisset. Utramq; igitur lectionem tam per primam, quàm secundam vocalem admitti posse, per hanc quidem juxta Codd. Ebræos, per illam verò secundùm Græcos, noster forsan existimavit, quod & nos largimur.

POSITIO QUARTA.

Græcos adhibere  $\mu$  in fine Nominum Propriorum loco Ebr. *Nun*.

Græcos tum V. T. Interpretes tum N. T. Scriptores, quando nomina propria Ebraica in  $\bar{\jmath}$  finita, exprimere volunt, loco litteræ *Nun* in fine  $\mu$  aliquando uti, notum est. Placet, id in præsentiarum ostendere exemplo nominis פֶּרֶץ, quod Græci reddunt per  $\epsilon\sigma\rho\omega\mu$ , pro quo scribendum fuisset  $\epsilon\sigma\rho\omega\nu$ . Retinent tamen N. T. Interpretes *Syrus & Arabs* h. l. litteram *Nun*. ad stipulaturq; hîc Codd. excusis nostrum MS.

POSITIO QUINTA.

Syriaca N. T. versio unde orta. videri omninò translata esse è Græco exemplari. solvitur objectio. à *Contzenio* discessio.

E Græco quodam eoque benè vetusto Codice, non verò ex corruptissimâ versione Latinâ, quæ *vulgata* dici consuevit, Syriacam N. T. paraphrasin esse adornatam, nobis prorsus cum Viris non infimi subsellii habemus persuasum. Unde verò factum sit, quòd interdum cum textu Græco hæc consentire haut videatur, dicetur alibi. De unico saltim jam nunc differemus loco, nim, Cap. I. Matth. commate 6. Semel tantùm ibi nomen *Regis* post *Davidem* legitur in Codicibus Syriacis, à quibus nec  
noster





noster h. l. dissentit. Agnoscunt tamen bis illud in uno hoc versiculo tum Græci, tum Latini Cod. quos quidem vel ipsi inspicere potuimus, vel ex aliorum Doctorum Virorum collatione diligentissimâ cognitos habemus, omnes, cum quibus & *Arabs* facit. Dicendumne igitur, Syrum paraphrasten usum fuisse Codice Græco, quo in epitheton hoc semel fuerit desideratum, an verò credendum potius, ipsum laudatum epitheton ceu minus necessarium, uno loco omisisse, & ex præcedentibus lectori repetendum reliquisse. Nolumus hîc aliquid certò adseverare, sed aliis iudicium malumus relinquere. Id tamen adfirmare nulli dubitamus, nō sat firmiter ex prædictâ versionis Syræ ac textus Græci hodierni discrepantiâ colligi posse, Syriacam Paraphrasin originem suam immediatè non debere exemplari Græco, quoniam nullum amplius extet, (quantum nobis quidem constat) quod vocem βασιλεύς h. l. nō bis agnoscat, cum interire exemplar illud potuerit, imò ex alia causa, modò allatâ, epitheton hoc Scriptor omittere. Præterimus, quòd sic nec è Latino quoq; Codice Syriaca versio videatur translata, cum Latina quoq; exemplaria constantet epitheton dictum repetant. Quemadmodum igitur ex hoc & similibus exemplis Syriacam versionem è Græco aliquo codice immediatè non adornatam esse, firmè concludi posse haut arbitramur, ita nec indicium nobis est, (sicuti *Adamo Contzenio* Jesuitæ) è Græco in Syriacum sermonem Evangelia esse versa, quia in Syriacâ paraphrasi adhibetur nomen אונגליין (ita scribendum, non verò ארפגליין, ut mendosè in *Contzenio* legitur,) quod est è Græco εὐαγγέλιον.

#### POSITIO SEXTA.

*Drusl* conjectura de nomine רוב, cur per Syncopen טר scribatur, recensetur, confirmaturq; : Movetur scrupulus contra *Drusl* opinionem.

Non vana forsan *Job. Drusl* conjectura, existimantis nomen רוב *Rub* per Syncopen טר scribi pro רוב idemq; sonare, quod *amicas. Socia*. Confirmat sententiam hanc simili dictæ figuræ exemplo, nam & רב pro רבא dicitur; tum Syri, quem meritò suò vetustissimum vocat interpretem, auctoritate. Nos duo addimus, i. concedentes pro רבא Ebræo, Chaldæos רב, & exci-  
dente



dente  $\gamma$ , contractè  $\text{הַב}$  dicere: adstipulaturque *Drusio*  $\Phi\iota\lambda\omicron\lambda\omicron\gamma\omega\iota\text{-}\tau\alpha\pi\omicron\varsigma$  Jureconsultus *Job. Seldenus* in *de Dis Syr. Synt. 2. C. I.* qui etiam notat, Phœnices aliosque adjacentes, sub quibus & Moabitas comprehendi, negari vix potest, cum expressè DEUS illorum *Baal Peor* memoretur, *Ebraicè loquutos*,  $\text{הַב}$  cum *Ain* retinere. observat quoque hoc ipsum *Servius* & cum eo augustissimus *Hipponensium* Episcopus, quos allegat *Criticorum* nostræ tempestatis Princeps *Thomas Reinesius* in *de L. Punica* tractatu accuratissimo c. 6. Cum itaq; Phœnices ac Moabitas  $\gamma$  ex nominibus *Ebraicis* non excludere, quod *Chaldæi* faciunt, vel ex hoc ipso, quod pro suâ *Drusius* sententiâ adducit, exemplo sit liquidum, scrupulus alicui injici videtur, qui ex nomine  $\text{הַב}$  elisa sit illa littera. siue enim *Ebraicè*, siue ad dialectum *Moabiticam* scribere nomen illud velim,  $\gamma$  utiq; retinendum, nec eliminandum, cum nec *Ebræos* nec *Moabitas* isthoc facere, ex allato nominis  $\text{הַב}$  exemplo constet. Neq; etiam regeri hîc posse videtur,  $\gamma$  in nomine *Ruth* propterea eliminari, quia *Scheva* precedat, idem verò in voce  $\text{הַב}$  non evenire: responderi enim potest, Phœnices seu *Sidonios* (*annon* & *Moabitas*) non solum  $\text{הַב}$  dixisse, sed &  $\text{הַב}$ , ut laudatus *CL. Philologus* l. c. notat. quid quod idem in *Plauti Pœnulo* *Punica* illa v. 57. per *Bel. Samen* & c. legat. videatur tr. all. cap. 12. Alterum, quod ad *Drusius* sententiâ adjicere visum fuit, est consensus *Interpretis Arabis*, qui similiter nomini *Ruth* litteram *Ain* inserit: imò & lit. *Eliph.* ac illam quidem ad mentem *Drusius* convenientissimè; hanc verò quâ de causâ, fateor me nescire, nisi ideò forsan, ut indicina sit,  $\text{ר}$  per *fatha* legendum esse. Absente namq; *Eliph.* *Re* tam *Dsamâ*, quàm *fathâ*, imò & *Kesrâ* adfici potest. *Dsamâ* si ei imponeretur, credi posset, Arabem respicere ad nomen *Ebræum Ruth*, non quatenus ex  $\text{הַב}$  i. e. *amica*, sed quat. ex  $\text{הַב}$  i. e. *pastrix* deducitur. De *Græcis* mirum non est, ipsos ad *aspirationem* hanc, utpote ab eorum linguâ alienam, hîc neglexisse, cum & alibi passim idem fecerint. Sic *Matth. l. 2.* pro  $\text{ιακωβ}$  legitur  $\text{ιακωβ}$ . ita & secundum *Drusium* *II. Cor. VI, 15.* pro  $\text{βελιααλ}$  legitur  $\text{βελιαλ}$ . conf. eund. *comm. pr. p. 36. & 44.*

SOLI DEO SIT GLORIA!



VO A 6412


ULB Halle 3  
002 920 379  


VO 77

Retro ✓







29

B. C. D.  
Exercitationum

*Ad*

NOVUM TESTA-  
MENTUM SYRIACUM,

Disputatio Tertia,

*Quam*

Indultu Amplissimi Senatus Philosophorum,  
in inclusa LEUCOREA,  
*Publica συμφιλολογούντων προσδιαλέξει*  
*submitunt*

M. JOHANNES ERNESTUS  
GERHARDUS Jenensis,

✠

M. DAVID SCHARFIUS  
Hamburgensis.

*ad d. IIX. Augusti*  
in Auditorio Philosophorum  
horis antemerid.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO M DC XLVI.

